



**Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Antverpiae, 1647**

23. Habet in veneratione quicquid Domini Plagas in Cruce acceptas  
repræsentat. B. Aloysius Gonzaga, Italus.
- 
- 

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55449](#)

40 SOCIETAS IESV

Reverendissimo. Cardinali Aldobrandino  
Domino meo relinqu id, quo pretiosius nihil  
habeo, videlicet, CRUCEM ligneam, Reli-  
quijs pretiosissimis refertam c.

a Anno M. D. XCIX. b Oratio tertia ex quin-  
quaginta c Jacobus Fuligattus in Vita Bellarm.  
l. 7. c. 4 Italice, ex versione Silvestri Petra-Sancta.

III.

AMATOR CRUCIFIXI

Habet in veneratione, quicquid Domini  
plagas in Cruce acceptas repræsentat...

23.  
ALOYSIUS  
GONZAGA  
Italus.

V Nivs è multis memoriam refricat  
Testamentum Bellarmini, in quo  
reperio scriptum. Quod attinet ad locum  
sepuliura, libenter jacere corpus meum vo-  
luissim ad pedes B. Aloysij Gonzaga, mei quon-  
dam spiritualis filij. Nimirum, ut qui in  
vita fuerat ei similis, amando tenerimè,  
& exprimendo exactissimè, pro status  
cujusque conditione, CRUCIFIXVM, ita  
post mortem non separarentur.

De Aloysio autem, præter tot alia  
in superioribus enarrata, refert Vitæ  
scriptor: quod eum matre suâ fortè ob-  
errans, cum rarum quendam lapillum  
offendisset, notis quibusdam expressis  
distinctum, quæ sacratissimas CHRISTI  
PLAGAS perspicuè referebant, eum,  
velut CHRISTI dolorum, ac VULNE-  
RVM

IMITATRIX CRVCIFIXI. 41  
RVM iudicem, & monitorem multâ in  
veneratione habuerit.

Virgilius Ceparius in Vita Aloysii.

IV.

AMATOR CRVCIFIXI

Carissimam habet effigiem sui Crucifixi  
amabilem juxta ac miserabilem,  
quam moriens, quoad licet, intuetur,  
ac cum illo dulcissime agit.

**R**OBERTVS BELLARMINVS , cùm 24.  
esset penè in extremis , ingenti su-  
spiro de repente congemuit , dictans:  
O quam miserè falluntur , qui cùm perditè  
vivant , credunt , posse se laudabiliter mori ! Be-  
nè vivere , & benè mori satis congruunt : at ,  
vitam probrosam honestus exitus raro exci-  
pere solet .

Paulò pòst , Mutius Vitellescùs Præ-  
positus Generalis Societatis Iesu , ei ho-  
ram mortis , quam optaverat nunciavit .  
Tum Ipso , ut Sapiente dignum erat ,  
mortem etiam latus admittens , & su-  
perfudenti se lætitiae vix temperans ,  
ter illud ingeminavit : O lætum nun-  
cium ! ô nuncium optabile ! non est ,  
quod curas jam alias agitem . Voluisse ,  
fateor , annum integrum in hoc loco ,  
(erat in Tironum religiosorum domi-  
cilio) ad profectionem in hanc me com-  
parare

ROBERTVS  
BELLAR-  
MINVS  
Italus.